Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8143
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



interius · uerum erat carnali timore depulso · ad
intrepidam pertinacitate maiorem fortis fiducia pertinet
recte subdit Et cum venerit · ille arguet mundum
de peccato & de iustitia & de iudicio Et ait
quod ipse filius dei dominus noster ihs xpc · cum esset in mun
do arguebat mundum id est sectatores mundi de
peccato suae incredulitatis Arguebat de iusti
tia · quam indeo iustitiam fidelium nollent imitari
Arguebat de iudicio videlicet quia diabolum qui
iam iudicatus et damnatus erat sequerentur Sed non
sine causa spiritum cum venturum hoc idem dicit futurum
quia profecto plenius in spiritatione roborandus
erat animus discipulorum · ne mundum qui contra se
fremebat arguere timerent Exponens quae secutura
sint dum adiunxit de peccato quidem quia non cre
dunt immo peccatum incredulitatis quasi speciali
te posuit quia fides origo sicut virtutum ita soli
damentum est maiorum incredulitate persistere dum ter
ribiliter attestante qui dicit qui filio non credit
iam iudicatus est · quia non credidit in nomine unigeniti filii dei At contra iustus ex fide vivit
de iustitia uero quia adpicium iudo · & sit non vi
debitis nec Iustitia discipulorum xpi erat · quod
dominum quem uerum hominem cernebant uerum quoque
dei filium esse crediderunt · & quem sibi corporaliter
abiturum noverant · certo semper timore colebant
Iustitia ceterorum fidelium · idest eorum qui dominum in
carne non viderunt · hoc est quod eum quem corporeali
mutatu minime viderunt · dominum & hominem uerum corde
credunt et diligunt de quo profecto iustitia fi
dei arguuntur in fidelis cum ipsi videlicet cum similiter